





19  
1776, 26.  
**QVAESTIO  
IVRIS CONTROVERSI**

**AN  
EXMISSVS CONDVCTOR  
EX CONSTITVTO POSSESSORIO  
POSSIT ADHVC AGERE EX VENDITO  
AD RETROVENDENDVM EX FACTO**

**Q V A M**

**ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA  
P R A E S I D E**

**D. CHRISTIANO HENR. BREVNING**

**PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.**

**ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBURGENS.**

**S O C I O**

**I N A V D I T O R I O I V R I D I C O**

**DIE VI APRIL ANNO C I C I O C C L X X V I**

**D E F E N D E T**

**IOANNES GOTTLIEB SCHEFFLER**

**HOHNST. MISN.**

---

**L I P S I A E**

**E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .**







AN  
**EXMISSVS CONDVCTOR**  
**EX CONSTITVTO POSSESSORIO**  
POSSIT ADHVC AGERE EX VENDITO  
AD RETROVENDENDVM EX PACTO

---

§. I.

**T**ritum satis est, emtionibus atque venditionibus varia adiici pacta, quae, ut dici confueuit, legēm dant contractui. Hinc inter ea, quae adiici solent, pacta, haud infrequens est, quod de retrovendenda re vendita inter contrahentes initur. Sicuti vero omnia pacta *vel* in continentि adiiciuntur contractui, *vel* ex interuallo: ita pactum de retrouendendo adiicitur *vel* in ipso contractu venditionis perficiendo, *vel* ex interuallo, forsitan si res vendita postea tradietur.

\* 2

dicetur.



ditur. Non vero vnuſ eſt huius paſti modus, aut enim conueniunt contrahentes, vt intra certum tempus retroematur, aut, vt poſt certum tempus liceat retroemere, aut plane nulla temporis habita eſt ratio. Facile patet, hanc diuerſitatem ſeſe exhibere in retroemtionis tempore, praefcriptio- ne et exinde oriente iure vel ratione retro emtoris ſeu primi venditoris, vel ratione retro venditoris ſeu primi emtoris. Sed haec fatis cognita, nec opus, vt transſcribamus.

## §. II.

Conſtitutum poſſefforium vero, quid ſit C E L S V S in L. 18. pr. π. de Acq. vel. Amitt. Poſſ. expoſuit. Ait: *Quod meo nomine poſſideo, poſsum alio nomine poſſidere; nec enim muto mihi cauſam poſſeffionis, ſed deſino poſſidere, et aliud po- ſefforem ministerio meo facio: nec idem eſt poſſidere et alieno no- mine poſſidere. Nam poſſidet, cuius nomine poſſidetur.* Facile ex hac C E L S I interpretatione appetat, variis rationibus poſſefforium conſtitui. Hinc, ſi quis fundi venditor eundem conduceat ab emtore, non erit amplius poſſeffor, qui fuerat haſtemus, antequam venderet, ſed potius venditione facta deſinit poſſidere, et ſuo ministerio emtorem facit poſſeffo- rem. Fundum ergo, quem antea proprium habebat, iam detinet conductor. Quamuis vero ſimul in contraſtu ven- ditionis celebrari poſſit cauſa conſtituti poſſefforii, tamen non omnino tanquam ſolum paſtum contraſtui adiectum ha- bendum, quale eſt, quod antea nominauimus, de retrouen- dendo, ſed magis duplex eſt contraſtus, aliud emtionis ven- ditionis, aliud locationis conductionis. Neque potheat na- turam negotiorum mutare, quod vno tempore et ſimul ce- lebrata, imo forſan vno eodemque iſtrumento probantur, quod ſingula negotia ſuam habent determinatam naturam et diffe-



5

differentias, quibus inuicem a se discerni possunt. Patet id  
toties ex pignore celebrato, cui inest simul mutui contractus.  
Neque interest, an utriusque sint contractus principales, an  
vnuus tantum principalis, alter accessorius.

### §. III.

Quamvis vero duo contractus principales simul possint  
celebrari, uterque sua iudicetur natura et lege, tamen negari  
nequit, alterius ius ex prioris existentia vim capere. Fac ergo  
vendidisse Caium fundum suum Maeuio, simulque hunc  
ipsum fundum conduxisse a Maeuio. Quare si nulla sit em-  
tio, nulla quoque erit conductio, quippe fundus adhuc  
tunc proprius est venditoris, rei vero propriae nulla potest  
 cogitari conductio. Non eget alio utendi fruendive titulo,  
qui uititur fruiturue dominus.

### §. IV.

Iam his praemissis speciem, quae quaestioni dedit occa-  
sionem, dabimus. Vendidit Sempronius fundum sub pa-  
cto de retrouendendo post interuallum octo annorum. Si-  
mul vero eodem tempore ab emtore conductus in haec tem-  
pora fundum, singulisque semestribus mercedem soluturus.  
Confirmatio sequitur iudicij et constitutum factum est pos-  
sessorium. Primo anno mercedem soluit locatori, qui et  
retro venditor futurus est. Post cessat in solutione merce-  
dis ipse conductor seu retroemtor. Biennio elapsio contra  
eundem locator agit locati ad consequendam mercedem seu  
pensionem debitam, simulque, quod videtur iure potuisse  
efficere, ob biennii moram expellere intendit conductorem  
denunciatione per iudicem facta. Conductor per rem iudi-  
catam



catam ad soluendum condemnatus, constituto liquido non soluit, ad saccum et peram excussus emititur seu eiicitur ex fundo conducto, suumque consequitur locator. Post elapsso spatio octo annorum retroemturus erat vendor ante qui fuerat fundum; negat vero emtor, se amplius ad patrum de retro vendendo teneri, qui exmissus fuerat, venditori ob non adimpleatum contractum, cui adiecta erat clausula: *ut si non praeflet praeflanta vendor, cesse ex aduersa parte obligatio ex conuentione.* Iam quae situm, an excussus conductor, qui et vendor, nihilominus agere possit actione venditi, ad retrouendendum fundum,

### §. V.

Facile patet, omnem nostram quaestionem ex sola clausula dubiam reddidisse et vendoris et emtoris ius. Ipse vendor cessare obligationem ex conuentione adserit generaliter ob adiectam clausulam. Evidem negari nequit, si ab una parte contrahentium unus, non praefstat, ea, ad quae praeflanta erat obligatus, ipsum alterum amplius quoque haud tenori obligatum. Quare cum vendor mercedem non solvisset, vt propterea ante finitum tempus expellendus videatur, non praefstitit, ad quod erat obligatus, hinc videtur recte adseri, tacite renunciasse suo iuri venditorem, quod ex illo contractu inito competebat: ideoque cessare debere pacto de retrouendendo conditionem contractui adiectam. Praeterea emtor prouocat ad autoritatem Rescripti Imperatorum in L. 6. C. de palt. inter emtor. et vendit. Verba sunt: *Cum te fundum tuum certae rei contemplatione inter vos habita, exiguo pretio in alium transtulisse commemores: poterit tibi ea res non esse fraudi, quando non impleta promissi fide, dominii tui ius in suam causam reuerti conueniat.*

### §. VI.



## §. VI.

Sed quidquid sit, absque dubio statuendum, hancce, quam nominauimus formulam adiectam nunquam efficere posse, vt propterea obligatio pacti de retrouendendo expireret. Quis enim dicat, venditorem non adimpleuisse ea, ad quae obligatus erat. Verum quidem est, sponte eundem non adimpleuisse suam obligationem, quam habebat ex conducto, cum moram in mercede soluenda contraheret; at a quo ab locatore conuentus atque excussus auctoritate iudicis fuerat, suum ex bonis excussi debitoris obtinuit locator. Est itaque solutio facta et liberatus debitor. Quapropter dici non potest vendor adimpleuisse conditionem, quippe et is implet, qui quidem non libere, sed coacte implet.

## §. VII.

Dein supra iam ostendimus, duplex contractum esse negotium, venditionem scilicet sub pacto de retrouendendo et locationem conductionem. Vterque contractus diuersa sua habet iura. In venditione, cui pactum de retrouendendo erat adiectum vendor tradendo emtori fundum, suae satisfecit obligationi, neque ex hoc contractu alia ipsi imposita erat obligatio, ex qua vis clausulae esse poterat, vt ex aduersa parte cessaret obligatio. At alter contractus, qui plane ad pactum de retrouendendo haud respiciebat, erat praedii venditi locatio conductione. Ex hoc contractu locator ad tradendum non erat obligatus, quippe vendor seu conductor fundum possidebat, quamvis locatoris nomine inciperet possidere: sola, quae ipsum tenebat, obligatio ea erat, vt per octo annos vendori committeret fundum conductum. Contra conductoris, seu qui vendiderat fundum, obligatio erat,



erat, ut mercedem seu pensionem recte solueret et re ueteretur  
lege boni patris familias. Hinc indubitate fidei est, formu-  
lam illam respexisse ad hanc conductoris obligationem, quam  
nisi conductor adimpleret, ut siceret locatori expellere eun-  
dem, suaque pariter contracta obligatio de seruanda loca-  
tione per octo annos cessaret. Neutquam itaque statuen-  
dum exmiso electoque ex fundo conductore suo ex vendito  
priuandum iure. Aget itaque elapsi tempore ad retrouen-  
dendum fundum contra emtorem, oblato iusto pretio. Se-  
cus vero, si intra certum tempus retroemendus fuisset fundus,  
illudque tempus praeterlapsum, tunc omnino actione repel-  
lendus actor, non quod sua non sponte praefitterat in con-  
ductione, sed quod tempus, quod sibi statuerat retroemen-  
di, praeterlabi passus fuerat.



Leipzig, Diss., 1776 A-G



f

TA-706

aus 34 Steck bisher verkehrt

V D  
18





Q V A E S T I O  
IVRIS CONTROVERSI  
A N  
**EXMISSVS CONDVCTOR  
EX CONSTITVTO POSSESSORIO  
POSSIT ADHVC AGERE EX VENDITO  
AD RETROVENDENDVM EX PACTO**  
Q V A M  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA  
P R A E S I D E  
**D. CHRISTIANO HENR. BREVNING**  
PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.  
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBURGENS.  
S O C I O  
I N A V D I T O R I O I V R I D I C O  
DIE VI APRIL ANNO C I C I O C C L X X V I  
D E F E N D E T  
**IOANNES GOTTLIEB SCHEFFLER**  
HOHNST. MISN.

P. 2/6

L I P S I A E  
E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .

